Tenebricoſus Photius apud Oecumenium, qui collegit in Epiſtolas Pauli expoſitiones quorundam Patrū, ſequens ſententiam Chryſoſtomi, refert etiam expoſitionem Baſilij dicens, quod Baſilius in Commentarijs in Eſaiam, ſecundo hunc textum repetens, de purgatione ipſum intellexit.

Oecumenius autē ipſe ità exponit, num etiam hoc pacto poſſumus intelligere? qui ſuperædificauerit materiā facile cōbuſtibilem, omnino proiectus eſt, detrimentū enim paſſa ſunt ipſius ſtudia; ipſe verò ſaluus erit. Quiſnam? qui ſuperædificauerit aurum & argentum, & lapides precioſos. Cum enim de ipſo dixiſſet, quod mercedem accipiet, nunc ait qualem mercedē, hoc eſt, ſalutem. Saluus autem erit cū dolore, & ipſe vt par eſt eum, qui per ignem trāſit, modicarumq; inhærentiū ſibi ſordiū indiget purgatione; nam Dei ſolius eſt perfecta impeccabilitas. Homines autē quantumlibet iuſti non ſunt omnino mundi. dictum eſt enim, quod in multis omnes peccamus, & nemo mundus à peccato, etiam ſi vnius diei fuerit vita ipſius. Dictum quippe eſt à Malachia etiam quod vt ignis in fornace, atque herba lauantium lauabit, & purgabit aliquos Deus.

Nota Oecumenium non admodum rectè interpretari ſimilitudinem Architectorū, quam vſurpat Apoſtolus; agnoſcere tamen purgatorium per ignē; præſertim etiam in ho-

καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς καλοῖς, καὶ ὁσίοις, ἅτε μηδενὸς εὑρισκομένου χωρὶς ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνου τοῦ θεοῦ. ἐκ τούτου δὲ ἔστι συλλέξασθαι, ὅτι δίδοται τὰ συγχωρητικὰ ἁμαρτήματα, ἅπερ οἱ αἱρετικοὶ οὐ προσίενται.

Ὁ Θεοδώρητος διττῶς ἐξηγεῖται τὸ χωρίον τοῦ ἀποστόλου. ἕνα μὲν τρόπον οὕτως. Οἱ διδάσκαλοι τὰ θεῖα παιδεύουσιν, οἱ δὲ ἀκούοντες κατὰ τὸ τῆς γνώσεως αὐθαίρετον τὸ πρακτέον αἱροῦνται. ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμέραν βάσανος ἔσται, καὶ ἐξέτασις ἀκριβής. καὶ τοὺς μὲν εὖ βεβιωκότας καθάπερ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον τὸ πῦρ λαμπροτέρους ἀποφανεῖ. τοὺς δὲ τῆς κακίας ἐργάτας δίκην ξύλων, καὶ χόρτου, καὶ καλάμης καταναλώσει. ὁ δέγε διδάσκαλος τὰ προσήκοντα διδάξας οὐκ εἰσπραχθήσεται δίκας, ἀλλὰ σωτηρίας ἀξιωθήσεται. Τοῦτο γάρ φησιν, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, τουτέστιν ὁ διδάσκων, τὸ δὲ ἔργον κατακαήσεται, ἀντὶ τοῦ οἱ πονηρὸν ἑαυτοὺς κατασκευάσαντες ἔργον. οὕτως δὲ ἀναγνόντες ἀκριβῶς εὑρήσομεν τὴν τῶν γραμμάτων διάνοιαν. εἴτινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός, ἀντὶ τοῦ κατακαυθήσεται αὐτοῦ τὸ ἔργον ὑπὸ τοῦ πυρὸς, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, τουτέστιν ὁ διδάσκαλος. οὐ γὰρ αἴτιος τῆς τούτων ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς. αὐτὸς γὰρ τὴν προσήκουσαν διδασκαλίαν προσήνεγκεν.

Καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον οὕτως ἑρμηνευτέον. εἰ δέ τις οὐ βούλεται τό, ὡς διὰ πυρὸς τῷ ἔργῳ προσαρμόσαι, ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ, οὕτως νοησάτω. ὅτι ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐκ εἰσπραχθήσεται δίκας, σωθήσεται δὲ διὰ πυρὸς καὶ αὐτὸς δοκιμαζόμενος, εἴπερ ἄρα ἔχει τὸν βίον τῇ διδασκαλίᾳ κατάλληλον. Ἐν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς ἐξηγήσεσιν ὁ Θεοδώρητος τὴν λέξιν τοῦ, σωθήσεται ἐπὶ καλοῦ, καὶ σωτηρίας λαμβάνει, ὡς καὶ ὁ Βασίλειος, καὶ Οἰκουμένιος, καὶ οἱ λοιποί.

Ὁ αὐτὸς Θεοδώρητος ἐν τῷ γ. κεφαλ. τοῦ Μαλαχίου ἐξηγούμενος ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καθιεῖται χωνεύων, καὶ καθαρίζων

minibus bonis,& ſanctis, quia nemo ſine crimine, niſi ſolus Deus. Ex hoc autem poteſt colligi, quod dantur peccata venialia, quæ hæretici non admittunt.

Theodoretus dupliciter exponit textum Apoſtolicum, vno quidem modo ità. Doctores diuina docent, auditores verò iuxta libitum cognitionis faciendum eligunt, ſed die manifeſtationis Saluatoris examen erit, & excuſſio diligens. Et eos, qui rectè vixerunt, vt aurum, & argentum ignis illuſtriores reddet. Operatores verò malitiæ inſtar lignorum, & fœni, & ſtipulæ penitus deſtruet. Doctor verò, qui conuenientia docuit, non punietur, ſed dignus fiet, vt ſalutem conſequatur: hoc enim, inquit, ipſe verò ſaluabitur, hoc eſt, qui docet; opus verò comburetur, pro, qui ſe ipſos malignum opus præpararunt. Sic verò legentes diligenter reperiemus mentem Scripturæ, ſi cuius opus arſerit detrimentnm patietur, ſic verò tanquam per ignem, pro comburetur ipſius opus ab igne, ipſe verò ſaluabitur, hoc eſt Doctor. Non enim cauſa eſt in peius horum mutationis, ipſe enim conuenientem doctrinam attulit.

Alio verò modo ſic exponit; Si quis verò illud tanquam per ignem non vult operi aptare, ſed Præceptori, ſic exponat, quod pro ijs, quæ rectè docuit, non luet pœnas, ſed ſaluabitur per ignem, & ipſe probatus. Si quidem habet vitam doctrinæ correſpondentem. In vtriſque verò expoſitionibus Theodoretus vocem, ſaluabitur, in bonam partem accipit, vt etiam Baſilius, & Oecumenius, & reliqui.

Idem Theodoretus in 3. capite Malachiæ exponens illa verba; Ipſe ingreditur quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans argentum, & aurum, & purgabit filios Leui, & colabit eos, quaſi aurum, & argentum, infert. Sic etiam B. Paulus ait, quoniam

ζων ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ καθαριεῖ τοὺς υἱοὺς λευὶ, καὶ χεεῖ αὐτοὺς, ὥσπερ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον· φάσκει ἐπάγων. οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησὶν, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. εἴτινος τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται, εἴτινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται. ἡγοῦμαι δὲ διὰ τῶν εἰρημένων τὸν προφήτην μὴ μόνον ἐκεῖνο σημαίνειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κάθαρσιν, καὶ γὰρ ἐν τούτῳ γε μυστικῶς τοὺς προσιόντας ἀναχωνεύει, καὶ νεουργεῖ τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος χρώμενος. οὕτω γὰρ καὶ ὁ μέγας Ιωάννης φησὶν, αὐτὸς ἡμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. (μιμεῖται τὸν Βασίλειον) καὶ μέντοι καὶ τῇ θείᾳ χάριτι χρώμενος καθάπερ τινὶ πόᾳ τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαθαίρει τὸν ῥύπον. συνάπτων οὖν ὁ Θεοδώρητος τῷ Μαλαχίᾳ τὸν Παῦλον, δύναται ἐπὶ καθάρσει, καὶ τὸ τοῦ Παύλου κατὰ τὸν Θεοδώρητον λαμβάνεσθαι. Φέρεται δὲ τοῦ Θεοδωρήτου γνώμη τὶς θαυμαστὴ, καὶ λαμπροτάτη, οὕτως ἔχουσα. τοῦτο τὸ πῦρ πιστευόμενον καθαρτήριον, ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ καθάπερ χρυσίον ἐν χωνευτηρίῳ.

Ἀλλὰ ταύτην τὴν γνώμην οἱ Γραικοὶ οὐκ ἀποδέχονται. καὶ τί πρὸς ἡμᾶς; εἰ κατὰ τὸ αὐτῶν παλαιὸν ἔθος οἱ μεταγενέστεροι τῶν γραικῶν ἐξήλειψαν ταύτην, καὶ ἀφανισμῷ παρέδωκαν; ἥτις μέντοι παρὰ τοῖς λατίνοις εὑρίσκεται, καὶ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἀντιγράφοις ἑλληνιστὶ γραφεῖσα φαίνεται.

Νῦν ἐλθέτω εἰς τὸ μέσον καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ κατὰ πάντα ὁμόφρων. ὅστις ἐν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ἐξηγούμενος ἐκεῖνα, τὰ ῥήματα, ἐν γλώσσαις πυρίναις· ἐν γλώσσαις φησὶ, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον οἰκείωσιν. πυρίναις δὲ ζητῶ πότερον διὰ τὴν κάθαρσιν. οἶδε γὰρ ὁ λόγος ἡμῶν καὶ πῦρ καθαρτήριον, ὡς πολλαχόθεν βουλομένοις ὑπάρχει μαθεῖν. ἢ διὰ τὴν οὐσίαν. πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν. καὶ ἐν τῷ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα τρανῶς φησὶν, οἶδα πῦρ καθαρτήριον, ὃ Χριστὸς ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, πῦρ καὶ αὐτὸς ἀναγωγῆς λόγοις

καλοῦ-

niam in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet; ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Exiſtimo autem prædictis verbis Prophetam, non ſolum illud ſignificare, verum etiam purgationem Spiritus ſancti. Etenim in hoc myſticè accedentes conflat, & renouat igne Spiritus vtens, ſic etiam & magnus Ioannes fatetur, Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne (imitatur magnum Baſilium) & profectò diuina gratia etiam vtens, veluti quadam herba ſordes peccatorum expurgat. Igitur Theodoretus coniungens Paulum cum Malachia Propheta, iuxta eius ſententiam poteſt textum Pauli pro purgatione accipere. Fertur verò Theodoreti ſententia quædam mira, & illuſtriſſima, quæ ſic habet. Hunc credimus ignem purgatorium, quo purgantur animæ tanquam aurum in conflatorio.

Cæterum hanc ſentẽtiam Græci non recipiunt, ſed quid ad nos? ſi poſteriores Græcorum ſecundum antiquum ipſorum morem hanc delerunt, & obliterarunt. Quæ tamen apud Latinos extat, & in antiquis exemplaribus apparet fuiſſe græcè ſcripta.

Nunc prodeat in medium etiam Magnus in Theologia Gregorius, & magno Baſilio in omnibus conſentiens, qui oratione in ſanctam Pentecoſtem exponẽs illa verba, quod Spiritus apparuerit in linguis igneis: In linguis, inquit, propter cognationem eam, quam cum Verbo habet. Cur autem in linguis igneis? vtrum propter purgationem (ignis enim Purgatorij Scriptura meminit, quemadmodũ cuiuis diſcere promptum eſt) an verò propter eſſentiam? Deus enim noſter ignis eſt, & quidem ignis improbitatem abſumens. Et in oratione de baptiſmo; Noui, inquit, ignem purgantem, ad quem mittendum Chriſtus in terram venit, qui & ipſe per anagogen, ignis appellatur. Huius porrò

ignis

καλύμενος. ἀναλωτικὸν τοῦτο τῆς ὕλης, καὶ τῆς πονηρᾶς ὄντως ἕξεως, ὃ καὶ ἀναφθῆναι τάχιστα βούλεται, ποθεῖ γὰρ τῆς εὐεργεσίας τὸ τάχος, ἐπεὶ καὶ πυρὸς ἄνθρακας δίδωσιν ἡμῖν εἰς βοήθειαν. οἶδα καὶ πῦρ οὐ καθαρτήριον, ἀλλὰ κολαστήριον, εἴτε καὶ σοδομητικὸν, ὃ πᾶσιν ἁμαρτωλοῖς ἐπιβρέχει θεῖον, καὶ καταιγίδι μιγνύμενον. Ταῦτα εἰσὶ φανερὰ τοῖς ὀρθῶς νοοῦσι, καὶ συμφωνοῦσι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐν οἷς φησὶν (ὡς ἀνωτέρω φθάσαντες εἴπομεν) ὅτι τὰ γήϊνα τῷ πυρὶ τῷ κολαστικῷ παραδίδοται ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς ψυχῆς, καθὰ καὶ ὁ κύριος ὑποφαίνει λέγων, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί ἤθελον, εἰ ἤδη ἀνήφθη; ἐπ' εὐεργεσίᾳ φησὶ τῆς ψυχῆς, ὁ γὰρ ἀπόστολος λέγει, οὗτος δὲ σωθήσεται οὕτως ὡσεὶ διὰ πυρός. διὸ καὶ ὁ Θεολόγος ἐπάγει λέγων, ποθεῖ γὰρ τῆς εὐεργεσίας τὸ τάχος. ὥστε περὶ πυρὸς καθαρτικοῦ ἀγαθοῦ ἀναλωτικοῦ τῆς ὕλης, καὶ τῆς πονηρᾶς ἕξεως φθέγγεται ὁ Γρηγόριος. Τοῦτο ὁ μέγας Βασίλειος ὀνομάζει κολαστικόν. διότι τούτῳ προσκαίρως κολάζονται, καὶ καθαίρονται αἱ ψυχαὶ, καὶ ἔστι τὸ πῦρ τὸ αὐτὸ τῆς γεέννης διαφόρως κολάζον, καὶ ἐργαζόμενον, καθάπερ φησὶν ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ διάλογος, ὁ ἥλιος κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν ὑποκειμένων διάφορα ἐνεργεῖ καὶ τὰ ἀποτελέσματα. ὁ δὲ Γρηγόριος ἵνα νοήσωμεν κολαστικὸν, τὸ ἀτελεύτητον προσέθησιν, εἴτε σοδομητικόν. ὅπερ ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα περὶ τὸ τέλος προσαγορεύει τελευταῖον βάπτισμα, οὑτωσὶ γράφων κατὰ Ναυάτου καὶ τῶν κατ' αὐτόν. τυχὸν ἐκεῖ τῷ πυρὶ βαπτισθήσονται τῷ τελευταίῳ βαπτίσματι τῷ ἐπιπονωτέρῳ, καὶ μακροτέρῳ, ὃ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ πάσης κακίας κουφότητα. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς, κατὰ μίμησιν τούτων τῶν διδασκάλων διαιρῶν τὸ βάπτισμα ἐν τῷ. πς. κεφάλ. τοῦ τετάρτου βιβλίου τῶν θεολογικῶν, καὶ ἐξηγούμενος ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ, φησί. πυρὶ δὲ λέγεται βαπτίζειν Χριστὸς, ἐν εἴδει γὰρ πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἐξέχεεν, ὥς φησιν αὐτὸς ὁ κύριος, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ

οὐ

ignis ea eſt vis, vt craſſiorem materiam, vitioſamq; animi conſtitutionẽ abſumat, eumq; proinde celerrimè Chriſtus accendi vult. Cupit enim nos quamprimũ beneficio affici, vtpotè qui nobis quoque ignis carbones auxilij cauſa porrigat. Noui etiam alterum ignẽ non purgatorium, ſed ſcelerum vindicem, ſiue ſodomiticum, quem ſulphure & procella permixtũ Deus in peccatores omnes fundit. hæc clara ſunt rectè intelligentibus, & cõcordant cum magno Baſilio in ijs, quæ paulo ſuperius retulimus, quoniam terrena igne punitiuo traduntur in beneficio animi. Quemadmodũ & Dominus ſuboſtendit dicens, Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? in beneficio, inquit, animę; nã Apoſtolus dicit, hic verò ſaluabitur ſic, quaſi per ignẽ. Idcircò & Theologus infert dicẽs, Cupit enim beneficij celeritatem. Itaque de igne purgatorio bono, qui conſumit materiam, & malignũ habitum, loquitur Gregorius. Hunc verò magnus Baſilius nominat punitiuum, quoniam hoc ad tempus puniuntur, & purgantur animæ, & eſt iſte ignis idẽ, qui gehennæ diuerſimodè puniẽs, & operans, quemadmodum dicit magnus Gregorius Dialogus, ſed iuxta diuerſitatem ſubiectorũ diuerſa exercet & effecta. Gregorius verò, vt intelligamus per ignẽ punitiuum eum qui caret fine, addit, ſiue ſodomiticũ, quem in oratione in Sancta lumina circa finem appellat poſtremum baptiſma, ſic ſcribens aduerſus Nouatũ, & ſuos ſequaces, In altero æuo igne fortaſſe baptizabuntur, qui poſtremus eſt baptiſmus, nec ſolum acerbior, ſed & diuturnior, qui craſſam materiã inſtar fœni depaſcitur, vitijq; omnis leuitatem abſumit. Damaſcenus verò ad imitationẽ horum Doctorum, baptiſmum diuidit in diuerſa ſignificata, in 76. cap. quarti libri Theologicorũ, & exponens illa verba, In Spiritu ſancto, & igne, ait, Igne verò dicitur Chriſtus baptizare, nam in ſpecie ignearũ linguarũ ſuper ſanctos Apoſtolos gratiam Spiritus effudit, vt inquit

οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. ἢ διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος πυρὸς κολαστικὸν βάπτισμα. κολαστικὸν βάπτισμα ὀνομάζει καθώς, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τὸ πρόσκαιρον πῦρ, καὶ καθαρτήριον, καὶ τοῦτο τίθησιν ἐν τῇ διαιρέσει ἕκτον. κατωτέρω δὲ μετὰ τοῦ Γρηγορίου τελευταῖον τίθησι βάπτισμα ὄγδοον, ὅπερ ἀποφαίνεται μὴ εἶναι σωτήριον (ὥστε τὸ ἀνωτέρω ἕκτον κολαστικὸν. εἶναι σωτήριον) ἀλλὰ τῆς μὲν κακίας ἀναιρετικὸν, οὐκ ἔτι γὰρ κακία, καὶ ἁμαρτία πολιτεύεται. κολάζον δὲ ἀτελεύτητα (ὥστε τὸ ἀνωτέρω πέμπτον μὴ κολάζειν ἀτελεύτητα. τὸ δὲ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρὶ περὶ τοῦ Δαμασκηνοῦ ὁ μέγας Βασίλειος λαμβάνει ἐπὶ καλοῦ φάσκων, τρανῶς τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωάννῃ ὁ λόγος προαγορεύει, περὶ τοῦ κυρίου λέγοντι, ὅτι αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. περὶ δὲ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. ἐπεὶ γοῦν ἀμφότερα συνῆψεν ὁ κύριος τό, τε ἐξ ὕδατος εἰς μετάνοιαν, καὶ τὸ ἐκ πνεύματος εἰς ἀναγέννησιν, καὶ ὁ λόγος αἰνίττεται ἀμφότερα τὰ βαπτίσματα. μήποτε τρεῖς εἰσὶν αἱ ἐπίνοιαι τοῦ βαπτίσματος, ὅ, τε τοῦ ῥύπου καθαρισμὸς, καὶ ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἀναγέννησις, καὶ ἡ ἐν τῷ πυρὶ τῆς κρίσεως βάσανος. ὥστε τὸ μὲν ἐκπλύνειν πρὸς τὴν ὧδε ἀπόθεσιν τῆς ἁμαρτίας λαμβάνεσθαι. τὸ δὲ πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως πρὸς τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι διὰ τοῦ πυρὸς δοκιμασίαν. συνῳδὰ λέγει καὶ ὁ Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τοὺς καλέσαντας, καὶ μὴ ἀπαντήσαντας, περὶ τὸ τέλος. ἐποικοδομοῦντες τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως μὴ ξύλον, μηδὲ χόρτον, μηδὲ καλάμην ὕλην ἀσθενῆ, καὶ ῥαδίως δαπανωμένην, ἡνίκα ἂν πυρὶ κρίνηται τὰ ἡμέτερα, ἢ καθαίρηται, ἀλλὰ χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους τὰ μένοντα, καὶ ἱστάμενα. ταῦτα πράσσοιτε. καὶ ἐν τῷ λόγῳ περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας σχεδὸν τὰ αὐτὰ λέγει· τοῦτο δηλώσει σαφῶς ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ἡμέρα, καὶ τὸ τελευταῖον πῦρ, ᾧ πάντα κρίνεται, ἢ καθαίρεται τὰ ἡμέτερα. ὅπερ οὖν φησὶν ὁ Βασίλειος, ἡ ἐν τῷ πυρὶ τῆς κρίσεως βάσανος, ὁ Γρηγόριος λέγει κρίνηται, ἢ καθαίρηται. καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς τοιαύτης ἐξηγήσεως ὁ Βασίλειος προσαρμόζει τοῖς πνεύ-

ματι

ipſe Dñs, Quoniam Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu ſancto, & igne, nō poſt multos hos dies. Vel propter futurū ignē punitiuum ſic vocat baptiſmū. Punitiuum baptiſmum appellat, quemadmodum, & magnus Baſilius temporaneū ignem, & purgatoriū, & hunc ponit Damaſcenus in ſexta parte diuiſionis, inferius verò vnà cum Gregorio poſtremū ponit baptiſma octauum, quē oſtendit non eſſe ſalutarē. (quare, quē ſuperius ſextū ponit punitiuum, neceſſe eſt eſſe ſalutarē) ſed malitię deſtructiuū, nō enim amplius malitia, & peccatum geritur, ſed ſine fine punit. Itaque qui ſuperius eſt quintus baptiſmus nō ſine fine punit. Illud verò in Spiritu ſancto, & igne ante Damaſcenum magnus Baſilius in bonam partē accipit dicēs, Perſpicuè ea ipſa hic ſermo deſignat, quæ Ioannes de Dño dicit, quia ipſe eſt, qui vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne; de ſe ipſo verò, Ego quidem vos baptizo in aqua ad pœnitentiam. Quoniam verò vtraque coniunxit Dñs, illud ēx aqua in pœnitentiā, & illud ex ſpiritu in regenerationē, & vtrūq; baptiſma Scriptura deſignat, num fortè tres ſunt baptiſmatis acceptiones? expurgatio, ſcilicet, ſordium, regeneratio per ſpiritū, & ea q̃ fit in igne ſegregationis probatio. ita vt illud abluet pro depoſitione peccati accipiatur, quæ in hac vita fit. hoc autē in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris, ad eā referatur probationem, quę per ignem fiet in futuro ſęculo. His conſona docet idem Gregorius, in oratione ad eos, qui acciuerunt, & nō occurrerūt, circa finē: Superſtruentes fundamento fidei, non lignū, non fœnū, non ſtipulam (leuē materiam, facilèq; cōſumendam, cū actiones noſtræ igne iudicabūtur, aut purgabuntur) ſed aurum, argentū, lapides precioſos, res firmas, & ſtabiles, hæc velim faciatis &c. Et in oratione de moderatione in diſputationibus ſeruanda, fermè eadē enūciat: hoc reuelationis dies perſpicuè declarabit, igniſq; ille poſtremus, quo noſtra omnia expenduntur,

ματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως δοκιμαζομένοις τὴν κάθαρσιν, λέγων. οἱ δὲ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύοντες ἑαυτοὺς, αἵματος ὄντες ἔνοχοι, τοῦ ἐκ τοῦ πυρὸς δέονται καθαρισμοῦ. πρὸς τοῦτο δὲ συμβάλλεται κἀκεῖνο τοῦ Γρηγορίου, ἐπεὶ καὶ πυρὸς ἄνθρακας δίδωσιν ἡμῖν εἰς βοήθειαν. δοκεῖ γάρ μοι ἀφορᾶν πρὸς τὸ τοῦ Ἡσαΐου. λαβὸν γὰρ τὸ Σεραφὶμ διὰ τῆς λαβίδος ἄνθρακα, ἐκάθηρε τὰ χείλη τοῦ προφήτου, ὅθεν ἐπεὶ ὁ Χριστὸς ἐστὶ πῦρ καταναλίσκον ἀναγωγικῶς, οἱ ἱερουργοῦντες τῇ ἱερᾷ κοινωνίᾳ θιγγάνοντες τῶν χειλέων, καὶ ταύτης μετέχοντες φασὶ, τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ ἀφελεῖ κύριος τὰς ἀνομίας μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας μου περικαθαριεῖ. οὕτω γοῦν καὶ ὁ Θεὸς τῷ πυρὶ τῷ καθαρτηρίῳ καθαρίζει τοὺς δεομένους καθάρσεως.

Ὁ αὐτὸς Θεολόγος ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, αὐτὸν τὸν πολύαθλον ὀνομάζει πῦρ καθαρτήριον τῆς φαύλης ὕλης καὶ μοχθηρᾶς. πάντως οὐκ ἐπὶ κακοῦ λαμβάνων τὴν λέξιν. οὐ γὰρ Ἀθανάσιος ἦν πῦρ αἰώνιον τοῦ ᾅδου, μὴ ἐπαμύνων τοῖς λαοῖς, καὶ ἑαυτοὺς καθαίρων, ἀλλὰ πάντοτε κολάζων.

Καὶ ἐν τῷ λόγῳ περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας, διττὸν ἐμπρησμὸν ἐπιγινώσκει ὁ διδάσκαλος καθάρσιον, καὶ ὀλέθριον. τοῦτο οὖν ἐστὶ πῦρ καθαρτήριον. ἐμπρησμὸς καθάρσιος πολλοῖς τῶν σωζομένων οἰκειούμενος, καὶ ἐμπρησμὸς ὀλέθριος τοῖς διαβόλοις, καὶ ἀμετανοήτοις χορηγούμενος.

Οὐ χρὴ δὲ ἀγνοεῖν, ὅτι κοινῇ τὴν θείαν γραφὴν οἱ πανεύφημοι πατέρες, ὅ, τε μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ Θεολόγος διεξελθόντες, καὶ μυηθέντες, ἥκιστα διαφωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὁμονοοῦσιν. Τοῦ γοῦν Βασιλείου φάσκοντος, τὴν παρασυναθεῖσαν ὕλην ἐκ τῆς ἀνομίας ἀφανισμῷ παραδοθῆναι ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου ᾠκονόμηται· καὶ ἐὰν γυμνώσωμεν τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, καὶ ποιήσωμεν αὐτὴν ξηρὰν ἄγρωστιν, ἀξίαν τοῦ ὑπὸ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς καταβρωθῆναι. τίς οὕτω τολμηρὸς ὥστε φάναι τὸν Γρηγόριον κοινωνὸν ὄντα τῆς φιλίας, καὶ τῶν καλλίστων μαθημά-

των,

aut purgantur. Quod igitur, ait Baſilius, quod in igne fit iudicij examẽ, Gregorius dicit iudicabũtur, vel purgabũtur. Et in fine huius expoſitionis Baſilius aptat ijs, qui probantur ſpiritu iudicij, & ſpiritu cõbuſtionis purgationẽ dicẽs. Qui verò poſt acceptam vitę notitiam cõſultò, ac ſtudio ſeipſos reddunt obnoxios ſanguini, opus eſt, vt tales purgari per ignẽ. Ad hoc autem cõducit & illud, quod ait Gregorius, quando & ignis carbones præbet nobis in auxiliũ, videtur enim mihi reſpicere ad illud Eſaiæ; Accipiens enim Seraphim phorcipe carbonẽ, purgauit labia Prophetæ. Quocirca quia Chriſtus eſt ignis conſumens anagogicè, qui ſacris operantur, ſacra cõmunione tangẽtes propria labia, & eam participantes, aiunt, Hoc tetigit mea labia, & auferet Dñs iniquitates meas, & peccata mea purgabit. Sic igitur & Deus igne purgatorio purgat eos, qui purgatione indigẽt. Idẽ Theologus oratione in magnũ Athanaſium ſexcẽtis in certaminibus victorẽ, ipſum appellat ignem purgatorium, malę & vitioſę materiæ. certe dictionẽ non in malam partẽ accipiens. Non enim, Athanaſius, eſt ignis ęternus Inferni, nõ adiuuans populos, & eos purgans, ſed perpetuò puniẽs. Et in oratione de moderatione in diſputationibus ſeruanda, duplex incendium agnoſcit Doctor, alterum, quo animæ labes expiantur, & applicatur multis, qui ſaluantur, alterum, quod eſt exitiale, ac funeſtum, quod diabolis, & impœnitentibus exhibetur:

Eſt autem obſeruandũ, quod cũ ſimul Diuinam Scripturam celebratiſſimi Patres, magnus, inquã, Baſilius, & Theologus percurrerint, & edocti fuerint, nulla ratione inuicem diſſentiunt, ſed & validè cõueniunt, cum igitur Baſilius dicat, Paratam ex iniquitate materiam aboleri pro hominum beneficio à bonitate Dñi conſtitutum eſſe; & ſi per confeſſionẽ peccatum aperuerimus, ſiccum id gramen reddẽtes, à purgatorio igne deuorari merebitur, Quis adeò audax eſt,

vt dicat,

των, μὴ κοινωνεῖν κατὰ πᾶν δόγμα καὶ τοῖς νοήμασι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ;

Ποῦ δὲ θήσομεν τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου Γρηγόριον τὸν Νύσσης; ὅστις ἐν τῷ λόγῳ περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἀναρπαζομένων νηπίων, ζητεῖ, πῶς περὶ τῶν οὕτω τετελευτηκότων χρὴ φρονεῖν, καὶ ἔχειν; ὄψεται ἄρα κἀκείνη ἡ ψυχὴ τὸν κριτήν; παραστήσεται μετὰ τῶν ἄλλων τῷ βήματι; ὑφέξει τῶν βεβιωμένων τὴν κρίσιν; λήψεται τὴν κατ᾽ ἀξίαν ἀντίδοσιν; ἢ πυρὶ καθαιρομένη κατὰ τὰς τοῦ εὐαγγελίου φωνάς; ἢ τῇ δρόσῳ τῆς εὐλογίας ἐναποψύχουσα; φωνὰς τοῦ εὐαγγελίου ὁ Νύσσης νοεῖ, ἅς τινας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Βασίλειος παρεισάγει εἰς τὸν Ἡσαΐαν, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη. ὁ δὲ προστιθεὶς σχόλιον ἐν τοῖς λόγοις τὸν Νύσσης λέγων σαφῶς, ὅτι καθάρσιον πῦρ ὁ πατὴρ (δηλονότι ὁ Νύσσης) τὰς μετὰ τὴν τελευτὴν ἑκάστου τῶν ἡμαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἀξίως πρὸ τελευτῆς ἐν φλογὶ βασάνους φησὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παραβολὴν περί τε τοῦ πλουσίου, καὶ τοῦ Λαζάρου, οὑτωσὶ ταῦτα λέγων, αἱρετικός ἐστι, καὶ κακῶς ἐξηγεῖται τὰς θείας φωνάς. Τὸ γὰρ πῦρ τὸ αἰώνιον οὐ καθαίρει τοὺς ῥύπους τῶν βασανιζομένων, καθάπερ ἐνταῦθα μαρτυρεῖ ὁ διδάσκαλος. Καὶ σημείωσαι ὅτι τὴν οὖσαν ἱστορίαν, ὡς παραβολὴν δέχεται ὁ παρερμηνευτής. ὅτι δὲ ἱστορία, δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Λαζάρου, καὶ τῶν πέντε ἀδελφῶν τοῦ πλουσίου εἰ καὶ ὡς παραβολὴν ταύτην ὁ Χριστὸς προβάλλεται. οὔπω γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀναστάσεως γενομένης, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐκεῖ γλῶσσαν, καὶ δίψαν, καὶ τὰ ἐν τῇ ἱστορίᾳ εὑρισκόμενα. Ὁ αὐτὸς διδάσκαλος ἐν τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς πενθοῦντας ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος βίου πρὸς τὸν ἀΐδιον μεθισταμένοις περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς οὕτω διέξεισιν. Ἰσόθεον γάρ ἐστι τὸ αὐτεξούσιον. ὡς ἂν οὖν καὶ ἡ ἐξουσία μένοι τῇ φύσει, καὶ τὸ κακὸν ἀπογένοιτο, ταύτην εὗρεν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπίνοιαν, τὸ ἐᾶσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐν οἷς ἐβουλήθη γενέσθαι, ἵνα γευσάμενος τῶν κακῶν, ὧν ἐπεθύμησε, καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν, οἷα ἀνθ᾽ οἵων ἠλλά-

ἠλλά-

vt dicat, Gregorium, qui ſocius eſt amicitiæ, & præclarorum ſtudiorum, non etiam eum eſſe participem magno Baſilio intelligentia in omni dogmate?

Quo loco verò ponemus fratrẽ Baſilij magni, Gregoriũ Nyſſenum;qui in oratione de infantibus,qui prematurè abripiuntur,quærit nõ longè à principio, quid de his ſentiendũ ſit,quomodo de his,qui hoc pacto obierunt,iudicandũ? aſpiciet ne & illa anima iudicem? ſiſtetur & illa cũ cæteris ante Tribunal? ſubibit anteactæ vitæ iudiciũ? dabit ne dignas pœnas expurgata igni,iuxta Euangelij dicta? An verò potius rore benedictionis erit recreata? Dicta Euangelij Nyſſenus intelligit, quæ frater eius Baſilius adducit in Eſaiam, Ignem veni mittere in terram,& quid volo, niſi vt ardeat? Qui autẽ addit ſcholium in verbis Nyſſeni dicens, Perſpicuum eſt,quod purgatoriũ ignẽ Nyſſenus pœnas intelligat poſt obitũ vniuſcuiuſque,qui peccarunt,& nõ egerũt dignam pœnitentiam ante mortẽ, ſecundum Euangelicam parabolam de diuite,& Lazaro; hec aſſerẽs hæreticus eſt, & prauè exponit diuinas voces, Ignis enim perpetuus non purgat ſordes eorũ,qui puniuntur,quemadmodum hic teſtatur Doctor. Et nota,quod hiſtoriam vt parabolam accipiet;qui prauè interpretatur. Quod autẽ ſit hiſtoria,conſtat ex ipſis nominibus Abrahami, Lazari, & quinque fratrũ diuitis, quamuis vt parabolã ipſam Chriſtus proponat: nondum enim facta poſtrema reſurrectione nõ eſt reperire ibi linguam,& ſitim,& quæ reperiuntur in hiſtoria. Idẽ auctor in oratione ad eos, qui lugent eos, qui ex hac vita ad ſempiternam tranſmigrant, de purgatorio igne ita diſſerit. Liberũ enim volũtatis arbitrium eſt honor diuinò equalis. Quamobrẽ vt ſimul & humanæ nature relinqueretur dignitas liberæ voluntatis,& ipſum auferretur malũ, hanc diuina Sapientia rationẽ excogitauit,vt in ijs hominẽ eſſe ſineret, quæ ſibi ipſe elegiſſet, quo guſtatis malis, quæ concupiuerat,

rat,

ἀλλάξατο, παλινδρομήσῃ διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἑκουσίως πρὸς τὴν πρώτην μακαριότητα, ἅπαν τὸ ἐμπαθές τε, καὶ ἄλογον, ὥσπερ τι ἄχθος ἀποσκεδάσας τῆς φύσεως. ἤτοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διὰ προσοχῆς τε, καὶ φιλοσοφίας ἐκκαθαρθεὶς, ἢ μετὰ τὴν ἐνθένδεν μετανάστασιν, διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας. ἐξηγούμενος δὲ φανερώτερον τοῦτο, προστίθησιν μεταφορὰν, καὶ παράδειγμα ἐπισημονικωτάτου ἰατροῦ. ὥσπερ γὰρ, φησὶν, εἴ τις ἰατρικὸς ὢν, καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην τῶν τε σωτηρίων, καὶ τῶν δηλητηρίων ἐκ τέχνης ἔχων, συμβουλεύων τῷ μειρακίῳ τὰ δέοντα, μὴ δυνηθείη διὰ συμβουλῆς κωλῦσαι τὸν ἀτελῆ κατὰ τὴν ἡλικίαν τε, καὶ τὴν φρόνησιν, ἐπιθυμητικῶς πρός τινα φθοροποιὸν καρπὸν, ἢ πόαν διατεθέντα, ἔχων δὲ παντοίαν τῶν ἀλεξιφαρμάκων παρασκευὴν, ἐπέτρεψε τῷ παιδὶ μεταχεῖν τῶν βλαπτόντων, ἐφ᾽ ᾧτε διὰ τῆς τῶν ἀλγεινῶν πείρας τὸ χρήσιμον τῆς πατρῴας συμβουλῆς μαθόντα, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς ὑγιείας γενόμενον, πάλιν διὰ τῶν ἀλεξιτηρίων ἐπαναγάγῃ πρὸς ὑγείαν τὸν παῖδα, ἧς διὰ τῆς ἀτόπου τῶν δηλητηρίων ἐπιθυμίας ἐξέπεσεν, οὕτως ὁ γλυκύς τε, καὶ ἀγαθὸς τῆς φύσεως ἡμῶν πατὴρ, ὁ εἰδὼς, καὶ δι᾽ ὧν σωζόμεθα, ἐγνώρισε μὲν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ δηλητήριον, καὶ τὸ μὴ μεταχεῖν συνεβούλευσε, κρατησάσης δὲ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ χείρονος, οὐκ ἠπόρησε τῶν ἀγαθῶν ἀντιφαρμάκων, δι᾽ ὧν ἐπανάγῃ πάλιν πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς ὑγείαν τὸν ἄνθρωπον. Ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς τοιαύτης γνώμης φησὶ, μὴ δύνασθαι τὸν τοιοῦτον μεταχεῖν τῆς θειότητος, μὴ τοῦ καθαρσίου πυρὸς τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος. ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ὁ αὐτὸς διδάσκαλος διχῇ διαιρεῖ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς τυχόντας τῆς δόξης. Τῶν μὲν, φησὶν, ἐντεῦθεν ἤδη διὰ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἐν ἀπαθείᾳ κατορθούντων βίον, οἵους γεγενῆσθαι τοὺς πατριάρχας τε, καὶ τοὺς προφήτας ἀκούομεν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς τε, καὶ μετ᾽ ἐκείνους δι᾽ ἀρετῆς τε, καὶ φιλοσοφίας ἀναδραμόντας ἐπὶ τὸ τέλειον, μαθητὰς λέγω, καὶ ἀποστόλους, καὶ μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς τὴν ἐνάρετον ζωὴν πρὸ τοῦ ὑλικοῦ τετιμηκότας βίου.

οἱ

rat, experiendoq; diſcens, quæ quibus commutaſſet, ea cupiditate rurſum incenderetur; vt vitiorum, perturbationumq; quæ rationi inimicæ ſunt, onere depoſito, vel in præſenti vita precibus, ſapiētiæq; ſtudio purgatus; vel poſt obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus, ad priſtinam vellet redire felicitatem: exponens autem hoc clarius addit metaphoram, & exemplum ſcientiſſimi medici, qui cum non poſſit adoleſcentulo perſuadere, vt abſtineat à nonnullis noxijs ferculis, ſeu fructibus, permittit quidem illi vt veſcatur, eò quod habeat antidotum, quo poteſt eum in priſtinum ſtatum reducere; Ita humanæ naturæ dulciſſimus, atque optimus parens, cū quæ ſalutaria, quæque perniciosa eſſent homini planè noſſet, illum admonuit, ne perniciosa contingeret; verum cum rei deterioris cupiditate victus eſſet, medicamentis non indiguit, quibus eum ad priſtinam ſanitatem reuocaret. In cuius ſententiæ finem hæc inſerit: Cum non poſſit is diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit.

In eodē loco idem Doctor dupliciter diuidit homines, qui aſſecuti ſunt gloriam, in eos ſcilicet, qui iam inde ab eo tempore, quo viuunt hic ſpiritalem, & à vitijs, ac perturbationibus alienam vitam inſtituunt, quales intelligimus Patriarchas, & Prophetas extitiſſe, & qui vna cum ipſis, & poſt ipſos virtutem, & ſapientiæ ſtudium ad perfectionem ſe erexerunt, Diſcipulos, & Apoſtolos, & Martyres dico, & quicunque corporeo in materiaq; demerſo, honeſtum, & cum virtute coniunctum viuendi genus anteposuerunt; qui licet numero pauciores fuerint, quam illi, qui ad deteriora deflexerunt, exemplo tamen, ac teſtimonio ſuo virtutem in carne coli, compararíq; poſſe teſtantur. & eos, qui poſt hanc vitam purgatorio igne materiæ labem, & propenſionem ad malum abſtergunt, & ad gratiam initio naturæ conceſſam, voluntaria bonorum

οἱ κἂν ἐλάττους ὦσι τῷ ἀριθμῷ τοῦ πλήθους τῶν πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιρρεόντων, οὐδὲν ἧττον τὸ, δυνατὸν εἶναι διὰ σαρκὸς τὴν ἀρετὴν κατορθῶσαι μαρτυροῦνται. Τῶν δὲ λοιπῶν διὰ τῆς εἰς ὕστερον ἀγωγῆς ἐν τῷ καθαρτηρίῳ πυρὶ ἀποβαλόντων τὴν πρὸς τὴν ὕλην προσπάθειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκληρωθεῖσαν τῇ φύσει χάριν, διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμίας ἑκουσίως ἐπανιόντων. Ταῦτα ὁ διδάσκαλος ἐν λόγοις, καὶ παραδείγμασι στηρίξας, καὶ πολυπλασιάσας, συνίστησι τὴν ἀλήθειαν.

Ἀλλ' ἄδικος ἂν εἴην, μηδ' ὅλως μνημονεύσας τὴν ἀοίδιμον παρθένον, καὶ σοφωτάτην διδάσκαλον Μακρίναν, τὴν ἐν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, τῷ γνησιωτάτῳ ἀδελφῷ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐς ἄκρον πεπαιδευμένην. ἧς ὁ ἕτερος ἀδελφὸς Γρηγόριος ὁ Νύσσης τοὺς λόγους περὶ ψυχῆς, καὶ ἀναστάσεως συνθέμενος ἐν εἴδει διαλέξεως ἐπεγράψατο τὰ Μακρίνια. ἐν οἷς φέρεται ἡ χρυσὴ αὕτη γνώμη, ὅτι δεῖ τὴν ψυχὴν, τὴν καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γεγεννημένην, πρὸς αὐτὸν ἐπανήκειν, οὐκ ἐπάνεισι δὲ, εἰ μὴ κεκαθαρμένη, καθαίρεται δὲ διὰ πυρὸς μετὰ τοῦτον τὸν βίον ἡτοιμασμένου. Ταύτην οὖν τὴν γνώμην κατὰ τὸ εἰωθὸς οἱ ἡμέτεροι Γραικοὶ ἐξείληφαν, ὅμως γε μέντοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τοῦ λόγου τὸ αὐτὸ τοῦτο συνάγεται, ἐν οἷς, φησὶν ὁ ἅγιος, σκοπὸν εἶναι τῷ Θεῷ ἕνα τὸ, τελειωθέντος ἢ διὰ τὸν καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον, παντὸς τοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν πληρώματος, τῶν μὲν εὐθὺς ἤδη κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἀπὸ κακίας κεκαθαρμένων. Τῶν δὲ μετὰ ταῦτα διὰ τοῦ πυρὸς τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἰατρευθέντων, τῶν δὲ ἐπίσης καὶ τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν παρὰ τὸν τῆδε βίον ἀγνοησάντων, πᾶσι προθεῖναι τὴν μετουσίαν τῶν ἐν αὐτῷ καλῶν, ἅπερ φησὶν ἡ γραφὴ, μήτε ὀφθαλμὸν ἰδεῖν, μήτε ἀκοὴν δέξασθαι, μήτε λογισμοῖς ἐφικτὸν γενέσθαι. καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ λόγου φησὶ, τῶν τοιούτων οὖν ταῖς διὰ πυρὸς ἰατρείαις ἐκκαθαρθέντων τε, καὶ ἀφανισθέντων, ἕκαστον τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένων ἀντεπελεύσεται ἡ ἀφθαρσία, ἡ ζωὴ, ἡ τιμὴ, ἡ χάρις, ἡ δόξα, ἡ δύναμις, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ὅ ἔν τε τῷ Θεῷ ἐπιθεωρεῖσθαι εἰκάζομεν,

cupiditate redeunt. Hæc Nyſſenus, qui & rationibus, & exemplis ea confirmando, & multiplicando verum adſtruit.

Sed iniquus eſſem ſi omnino inclytam Virginem, & ſapientiſſimam Magiſtram Macrinam non commemorarem, quam in ſacris literis germaniſſimus eius frater Magnus Baſilius ad ſummum ſapientiæ gradum edocuit. Cuius alter frater Gregorius Nyſſenus ſermones de anima, & reſurrectione per modum Dialogi, & diſputationis compoſuit, quæ Macrinia inſcripſit, in quibus fertur hæc aurea ſententia: Quod opus ſit animam, quæ ſecundum ſimilitudinem Dei creata eſt, ad ipſum redire, non redit autem niſi purgata, non purgatur autem niſi per ignem paratum poſt hanc vitam. Hanc igitur ſententiam iuxta conſuetudinem noſtrates Græcorum obliterarunt; nihilominus in conſequentibus verbis, hoc idem colligitur, in quibus ait Sanctus: Propoſitum, atque conſilium Dei hoc vnum eſſe, vt omni naturæ noſtræ plenitudine ſingillatim per quoſque homines iam perfecta, & abſoluta, cum alij quidem iam ſtatim per hanc vitam a vitioſitate expiati, alij verò poſthac, conuenientibus temporibus per ignem curati fuerint; alij autem ex æquo boni ſimul ac mali ſcientiam, atque experientiam per hanc vitam non habuerint, omnibus proponat participationem, & vſum bonorum, quæ in ipſo ſunt, quæ bona ſcriptura neque oculum vidiſſe, neque auribus accepiſſe, neque cogitationibus, & ratiocinationibus aſſequi, atque comprehendi poſſe dicit. Et in fine illius ſermonis dicit: Talibus igitur cura conuenienti per ignem expurgatis, & expiatis quicquid in meliorem partem intelligitur, inuicem, & in locum eorum ſuccedet, incorruptibilitas, vita, honor, gratia, gloria, potentia, & ſi quid aliud eiuſmodi, vel in ipſo Deo, vel in Imagine eius, quæ eſt natura humana cerni conijcimus, & exiſtimamus.

καὶ τῇ εἰκόνι αὐτοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις.

Τούτοις συναπτέον τὸν Βασίλειον ἐπίσκοπον Σελευκίας, καὶ τοῦ Χρυσοστόμου οἰκειότατον, καὶ προσφιλέστατον, πρὸς ὃν οἱ λόγοι, οἱ περὶ ἱερωσύνης, ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου λόγου εἰς τὸν Δαβίδ, οὕτω φάσκοντα. μὴ μείνωμεν θεραπευθῆναι πυρί.

Ἕπεται τοῖς προρρηθεῖσιν ἄλλος ἑταῖρος προσφιλέστατος, καὶ μαθητὴς τοῦ Χρυσοστόμου, Ἰσίδωρος φημὶ, ὁ Πηλουσιώτης, ὃς ἐν τῇ ἑκατοστῇ πεντηκοστῇ ἐπιστολῇ τοῦ πρώτου βιβλίου, ἐξηγούμενος τὴν παραβολὴν τοῦ σωτῆρος περὶ τοῦ σίτου, καὶ ἀχύρου οὕτω χαράττει τὴν ἐπιστολήν. εἰ μὴ αἰνίγμως τῶν ἀχυρμιῶν τοῦ σίτου διεκκρινομένων, καὶ τὰ μὲν πυρὶ, τὰ δὲ ἀποθήκῃ τηρουμένων, οὐδ᾽ οὕτως ἔχεις ἀπολογίαν τὴν ἄγνοιαν, πάντων τῶν καλλίστων ἐχούσης γνῶσιν τῆς φύσεως. ἃ γὰρ παθεῖν οὐ βουλόμεθα, ταῦτα καὶ μὴ ποιεῖν διδασκόμεθα, εἰ δὲ καὶ ἔνδον ἑαυτῶν τῶν χρηστῶν τὴν εἴδησιν ἔχομεν, καὶ τῷ θείῳ νόμῳ ταύτην σαφῶς παιδευόμεθα, τί ταῖς ἡδυπαθέσι ῥιπίζῃ πνοαῖς ἀχύρων δίκην πρὸς αὐτὰς ἐκριπτούμενος; ὅρα τοίνυν, ὅτι πῦρ ἔχει τελευτὴν τὸ ἀβέβαιον, ἢ καθαῖρον, ἢ εἰς τέλος ἐκκαῖον.

Αὗται οὖν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἀνατολικῶν αἱ μαρτυρίαι, ἐν αἷς χρὴ σκοπεῖν, καὶ σημειώσασθαι ταυτὶ τὰ ῥήματα, σωθήσεται, καθαρισμὸς, θεραπεία, πλύσις ῥύπου, κρίνηται, ἢ καθαίρηται, καθαῖρον. ἅτινα οὐχ οἷόν τε ἁρμόζειν ταῖς αἰωνίαις ποιναῖς τοῦ ᾅδου.

Ταῦτα οὖν τῶν ἀνατολικῶν. λείπεται δὲ τούτοις προσθεῖναι πρὸς μείζονα τῆς ἀληθείας σύστασιν, τοὺς δυτικοὺς ἁγίους τῷ αὐτῷ πνεύματι ἐμπνευσθέντας, καὶ ταὐτὸ φρονοῦντας.

Ὁ τοίνυν ἅγιος Ἀμβρόσιος ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ προρρηθέντος ἀποστολικοῦ ῥητοῦ φησὶν, ἀλλ᾽ ὅταν ὁ Παῦλος λέγῃ, οὕτως ὡσεὶ διὰ πυρὸς, δείκνυσιν, ἐκεῖνον μὲν σωθήσεσθαι, ἀλλὰ τὴν τιμωρίαν τοῦ πυρὸς ἀναδεχόμενον, ἵνα διὰ πυρὸς ἐκκαθαρθεὶς, σώζηται. καὶ οὐχὶ ὥσπερ οἱ ἄπιστοι αἰωνίῳ πυρὶ εἰς τὸ διηνεκὲς τιμωρῆται. καὶ ἐν τῷ ριη. ψαλμῷ ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ ἐξηγού-

μενος

His conſociandus eſt Baſilius Epiſcopus Seleuciæ Chryſoſtomi familiaris intimus, & contubernalis, ad quem libri de Sacerdotio in quarta de Dauide oratione in ipſo fine; Ne expectemus, inquit, vt igne curemur.

Sequitur prædictos alter Chryſoſtomi ſocius, & diſcipulus Iſidorus Peluſiota, qui trecenteſimam quinquageſimam primi libri editione Byllij ad Lampetũ; eiuſmodi verbis exarat Epiſtolam, explicando parabolam Chriſti de tritico, & paleis: Si parabolam illam non legiſti, in qua triticum à paleis diſtinguitur, atque illæ igni, hoc autẽ apothecę ſeruatur, ne ſic quidem tamen cauſam tuam ignoratione tueri potes, quippe cum præclariſſimarum rerum omnium cognitionem natura habeat; nam quæ perpeti nolumus, eadem ne quidem facere docemur. Quod ſi & virtutum cognitionem in animis noſtris inſitam habemus, & eam ex diuina lege perſpicuè diſcimus. Ecquid voluptatis ventis iactaris palearum inſtar ad eas proiectus? vide igitur inconſtantiam igne terminari vel purgante, atque expiante, vel ad extremum vſque inflammante...

Hæc ſunt teſtimonia Sanctorum Patrum Græcorum, quę probant ignem purgatorium. In quibus notanda ſunt illa verba, ſaluabitur, purgatio, curatio, lotio ſordium, expiatio; quæ nulla ratione poſſunt aptari omni ex parte ſordidiſſimis pœnis Inferni, quæ in æternum cruciant, & non ad tempus emundant.

Hæc igitur Orientalium Patrum. Reſtat vt his addamus ad maiorem confirmationem veritatis Occidentales Sanctos, qui eodem ſpiritu afflati idem ſenſerunt.

Sanctus igitur Ambroſius in expoſitione prædicti Apoſtolici textus ait, Sed cum Paulus dicit, Sic tamẽ per ignẽ, oſtendit illum quidem ſaluum futurũ, ſed pœnas ignis paſſurum. Vt per ignem purgatus fiat ſaluus. Et non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueantur. Idem in Pſalmum

μένος ἐκεῖνον τὸν στίχον τοῦ ξε. ψαλμοῦ διήλθομεν διὰ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν· δι' ὕδατος ἑρμηνεύει τὸ βάπτισμα, διὰ πυρὸς τὸ καθαρτήριον. ἐνταῦθα φησὶν, δι' ὕδατος· ἐκεῖ διὰ πυρός. δι' ὕδατος, ἵνα ἀπολυθῶσι τὰ ἁμαρτήματα· διὰ πυρὸς, ἵνα κατακαυθῶσιν.

Ὁ δὲ θαυμάσιος Αὐγουστῖνος ἐν τῷ λζ. ψαλμῷ μὴ ἀριθμηθείην, φησὶν, ἐν ἐκείνοις, οἷς μέλλεις εἰπεῖν, πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, μηδὲ ἐν τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. ἀλλ' ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ καθαρίσῃς με, καὶ τοιοῦτον με ἀπεργάσαι, οἷον μὴ χρείαν ἔχειν ἤδη τοῦ παιδευτικοῦ πυρὸς, δι' ἐκείνους οἳ σωθήσονται, οὕτω μέντοι, ὡσεὶ διὰ πυρός. διὰ τί; εἰ μὴ ὅτι ἐνταῦθα οἰκοδομοῦσιν ἐπὶ τὸν θεμέλιον ξύλα, χόρτον, καλάμην. εἰ δὲ ᾠκοδόμησαν χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους ἀπ' ἀμφοτέρου τοῦ πυρὸς ἀσφαλεῖς εἴησαν ἂν, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ αἰωνίου πυρὸς, ὃ εἰς τὸν αἰῶνα μέλλει κολάσειν τοὺς ἀσεβεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦ παιδεύοντος τοὺς διὰ πυρὸς σωθησομένους. λέγεται γὰρ αὐτὸς δὲ σωθήσεται οὕτω μέντοι, ὡσεὶ διὰ πυρός. καὶ διότι λέγεται σωθήσεται. καταφρονεῖται τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ μάλαγε, καίπερ σωθήσεται διὰ πυρὸς, ὅμως γε μέντοι χαλεπώτερον ἔσται ἐκεῖνο τὸ πῦρ, ἢ πᾶν ὁτιοῦν δύναται ἄνθρωπος πάσχειν ἐν τούτῳ τῷ βίῳ.

Ὁ μακάριος Ἱερώνυμος ἐξηγούμενος ἐκεῖνο τοῦ Ἀμμὼς ἐν κεφαλ. δ. καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός. κατ' ἐκεῖνο, φησὶν, ὃ ἀναγινώσκομεν παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, αὐτὸς δὲ σωθήσεται ὡσεὶ διὰ πυρός. ὅς τις οὖν σώζεται διὰ πυρὸς, ὡσεὶ δαλὸς ἐκ πυρώσεως ἐκσπᾶται.

Ἕπεται Γρηγόριος ὁ μέγας ἐν τοῖς οἰκουμενικοῖς τῶν λατίνων διδασκάλοις ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν διαλόγων ἐν κεφαλ. λθ. ὅς τις σαφινίζων τὸ κείμενον τοῦ ἀποστόλου, εἰ καὶ, φησί. τοῦτο περὶ τοῦ πυρὸς τῆς θλίψεως ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ δύναται νοηθῆναι; ὅμως ἐάν τις τοῦτο περὶ τοῦ πυρὸς τῆς μελλούσης καθάρσεως λάβῃ, σκεπτέον ἀκριβῶς, ὅτι ἐκεῖνον διὰ πυρὸς φησὶ, σωθήσεσθαι,

οὐχὶ

mum 118. explicans illum verſiculum Pſalmi 65. Tranſiuimus per ignẽ, & aquam & eduxiſti nos in refrigerium, exponit per aquam Baptiſmum, per ignem Purgatorium. hic, inquit, per aquam, illic per ignem. Per aquam, vt abluantur peccata, per ignem, vt exurantur.

S. Auguſtinus in Pſalmum 37. Ne connumerer, inquit, inter illos, quibus es dicturus, Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius, neque in ira tua corripias me, ſed in hac vita purges me, & talem me reddas, cui non ſit opus emendatorio igne. Propter illos, qui ſaluabuntur, ſic tamen quaſi per ignem. Cur ita? niſi quia hic ſuperædificant ſupra fundamentum ligna, fœnum, ſtipulam. Si verò ſuperædificarent aurum, argentum, lapides preciosos, ab vtroque igne vtique ſecuri eſſent, non tantum à ſempiterno igne, qui in æternum eſt cruciaturus impios, ſed etiam ab eo, qui punit per ignem eos, qui ſaluabuntur: dicitur enim, ipſe verò ſaluabitur, ſic tamen quaſi per ignem; & quoniam dicitur, ſaluabitur, deſpicitur ille ignis, ita planè. Quamuis ſaluus erit per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita.

B. Hieronymus exponens illud Amos Prophetæ cap. 4. Facti eſtis ſicut torris raptus de incendio, iuxta illud, inquit, quod in Apoſtolo legimus, Ipſe autem ſaluus erit, quaſi per ignem, qui ergo ſaluatur per ignem, quaſi torris de incendio rapitur.

Sequitur Gregorius Magnus, qui apud Latinos inter Oecumenicos Doctores cenſetur, in quarto libro Dialogorum cap. 39. explicans textum Apoſtoli, Quamuis, inquit, hoc de igne tribulationis in hac vita nobis adhibita poſſit intelligi; tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicitè eſt, quia illum per ignem dixit ſaluari, non qui ſuper hoc ferrum, æs, vel plumbum ædifi-

cat,

οὐχὶ τὸν οἰκοδομοῦντα σίδηρον, χαλκὸν, ἢ μόλιβδον, τουτέστιν ἁμαρτήματα μείζονα, καὶ διὰ τοῦτο σκληρότερα, καὶ ἑπομένως ἄλυτα, ἀλλὰ ξύλον, χόρτον, καλάμην, ἤγουν, ἁμαρτήματα μικρὰ, καὶ κουφότατα, ἅτινα τὸ πῦρ ῥαδίως δαπανᾷ. Σημείωσαι ὅτι τὰ συγχωρητικὰ ἁμαρτήματα κατὰ τὸν μέγαν Γρηγόριον τῷ πυρὶ καθαίρονται, ὅπερ συνάγει ἐκ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων.

Ἔχεις τοίνυν τοσούτους διδασκάλους μάρτυρας τοῦ πυρὸς τοῦ καθαρτηρίου. καὶ ὁ μὲν κύριος δεῖν ἵστασθαι, φησὶ, πᾶν ῥῆμα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, ἢ τριῶν, ἐγὼ δὲ παρήγαγόν σοι εἰς μέσον ἓξ τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν ἀνατολικῶν, τέτταρας δὲ τοὺς κορυφαίους τῶν δυτικῶν. σὺ δὲ ἁμαρτάνεις οὐράνιον ὅσον, ὡς κατωτέρω σαφέστερον δείξομεν. καὶ οὐδένα διδάσκαλον εἰσφέρεις, εἰ μὴ τὸν Χρυσόστομον, κἀκεῖνον οὐκ ἀρνούμενον τὸ καθαρτήριον πῦρ, ἀλλ' ἑτέρως ἐξηγοῦντα τὸν ἀπόστολον, παρ' ὃ οἱ λοιποὶ διδάσκαλοι. ἀλλαχοῦ μέντοι σαφῶς διαγορεύοντα, καὶ ὁμολογοῦντα τὸ καθαρτήριον πῦρ, εἴπερ ἐν ᾅδου εὑρίσκεσθαι τοῦτο φαίνεται ἄν. ἀνάγνωθι τὸν λόγον εἰς τὴν Χριστοῦ γένναν, οὗ ἡ ἀρχὴ, ὁπόταν ἐκ χειμῶνος κρυεροῦ τὸ θερμὸν ἔαρ ἐκλάμψῃ, κατωτέρω ποῦ φησίν. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἕτερον μυστήριον θεωρῆσαι, καταμάθωμεν ἀκριβῶς, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν προσφέρουσιν αὐτῷ τεχθέντι, ἐπειδὴ ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον τὸ, αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. ἐν ταῖς προσφοραῖς προετυποῦτο μᾶλλον. ἐν τῷ χρυσῷ δηλοῦντες τὴν τῶν οὐρανίων ἀγγέλων δοξολογίαν, ἐν τῷ λιβάνῳ τὴν τῶν ἐπιγείων ἀνθρώπων γονυκλισίαν, ἐν τῇ σμύρνῃ τὴν τῶν ἐν ᾅδου κατεχομένων ψυχῶν ἱκεσίαν. ἐνταῦθα ὁ διδάσκαλος ἐξ ἀνάγκης νοεῖ τὸ πῦρ τὸ καθαρτήριον. οἱ γὰρ ἐν ᾅδου τοῦ ἐσχάτου ὄντες, οὐχ ἱκετεύουσιν, ἀλλὰ βλασφημοῦσι τὸν ὑπεράγαθον Θεόν. εἶτα τῶν μαθητῶν τοῦ ἥρωος λαμπρῶς ὁμολογούντων, καὶ τρανῶς φασκόντων. τοῦ Πηλουσιώτου καὶ τοῦ Σελευκείας θεραπευθῆναι πυρὶ, ἢ πῦρ καθαῖρον, ἢ εἰς τέλος ἐκκαῖον, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν διδάσκαλον πῦρ νοεῖν.

Ἀλλ' ἐρωτήσειεν ἄν τις, τίς ἠνάγκασε τὸν Χρυσόστομον, οὔ-

cat, ideſt peccata maiora, & idcirco duriora, atque ſunt iam inſolubilia, ſed lignum, fœnum, ſtipulam, ideſt peccata minuta, atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumit.

Habes igitur tot Doctores teſtes ignis purgatorij, & Dominus quidem ait, Oportere ſtare omne verbum in ore duorum, vel trium teſtium: ego verò adduxi tibi in medium ſex digniſſimos ex Orientalibus, quatuor verò primarios ex Occidentalibus; tu verò erras toto cœlo; vt paulò infra clariſſimè oſtendam, & nullum affers Doctorem, niſi Chryſoſtomum, & illum quidem non inficientem ignem purgatorium, ſed aliter exponentem Apoſtolum, præter illud, quod exponunt reliqui Doctores. Alibi tamen clarè enunciantem, & confitentem ignem purgatorium. Siquidem in inferno hunc reperiri dixerit aliquis, legenda eſt oratio eius in Chriſti Natiuitatem, cuius initium, Quando tranſacta frigida hyeme calidum vernum illuxerit. Inferius alicubi dicit, Si autem oportet & aliud myſterium contemplari, perdiſcamus diligenter, aurum, thus, & myrrham offerunt ipſi Naſcenti; quoniam de illo ſcriptum erat, Ipſi flectet omne genu Cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; hoc in oblationibus Magis præfigurabatur, cum in auro ſignificaretur Cœleſtium Angelorum glorificatio; in thure terreſtrium hominum genuflexio; in myrrha degentium in inferno animarum ſupplicatio. Hic Doctor de neceſſitate purgatorium ignem intelligit: qui enim in extrema parte Inferni ſunt, non ſupplicant, ſed benigniſſimum Deum blaſphemant.

Sed quæret aliquis, quis coegit Chryſoſtomum ita exponere Paulum, aliter, quam cæteri Doctores? Erant propugnatores Origenis, qui ex duabus dictionibns, ſaluari, & ignis, confirmabant illius ſententiam, Chryſoſto-

G mus

τως ἐξηγήσασθαι τὸν Παῦλον, ἀλλοτρίως παρ' ὃ οἱ λοιποὶ διδάσκαλοι; ἦσαν οἱ ὑπερασπίζοντες τοῦ Ὠριγένους, ἐκ τοῖν δυοῖν λεξιδίοιν τούτοιν, τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ πυρὸς, βεβαιοῦντες τὴν ἐκείνου γνώμην· ὁ δὲ Χρυσόστομος κατὰ τούτων ἐφεῦρε τὴν ἐξήγησιν ταύτην, σωθήσεται, τουτέστιν εἰς τὸ μηδὲν, καὶ εἰς ἀνυπαρξίαν οὐ χωρήσει, οὐχὶ, φησὶ, καὶ αὐτὸς οὕτως ἀπολεῖται ὡς τὰ ἔργα εἰς τὸ μηδὲν χωρῶν, ἀλλὰ μένει ἐν τῷ πυρί. καὶ κατωτέρω, μὴ γὰρ ἐπειδὲ πῦρ ἤκουσας, νομίσῃς, εἰς ἀνυπαρξίαν χωρεῖν τοὺς καιομένους. καὶ ἐν τῷ τέλει ἐκείνου τοῦ λόγου, εἰπὼν σωθήσεται, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν ἐπίτασιν τῆς τιμωρίας ἠνίξατο, ὡσανεὶ λέγων. αὐτὸς δὲ μένει διηνεκῶς κολαζόμενος· οὕτως ὁ Χρυσόστομος, ὅστις κατὰ Ὠριγένους ταῦτα ἐπενόησεν, ὁ γὰρ Ὠριγένης ἐκ τούτου τοῦ χωρίου ἔδοξε περαίνειν, καὶ τοὺς δαίμονας σωθήσεσθαι.

Ἔστι δὲ θαυμαστὴ, καὶ ἀγχινοίας πλήρης τοῦ Χρυσοστόμου ἡ ἐξήγησις· δυοῖν γὰρ ὄντων ἐσχάτοιν, καὶ ἐκ διαμέτρου ἐναντίοιν καὶ ἀκροιν, ὁ μὲν Ὠριγένης ἄδικον σωτηρίαν κατενόησεν, ὁ δὲ Χρυσόστομος δικαίαν διηνεκῆ κόλασιν συνελέξατο, τῶν δὲ λατίνων οἱ πατέρες ἐν τῇ ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδῳ τὴν λέξιν τοῦ σώζεσθαι πολλοῖς παραδείγμασι σαφῶς ἀπέδειξαν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ πάντοτε ἐπι-καλοῦ λαμβανομένην, τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ῥᾳδίως συνάγεται, καὶ ἐκ τῆς ἑπομένης λέξεως κίνησιν δηλούσης τῆς (διὰ) καὶ διάβασιν. οὐ γὰρ λέγει Παῦλος σωθήσεται ἐν τῷ πυρὶ ἀλλὰ διὰ πυρὸς, οἱ δὲ ἀνατολικοὶ πατέρες εὐλαβούμενοι τὸν διδάσκαλον σιωπῇ ἐτίμησαν.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χρυσόστομος, καὶ ἄκων βεβαιοῖ ἐν τῇ αὐτῇ ὁμιλίᾳ, καὶ γάρ φησιν, ἡμῖν ἔθος λέγειν ἐν τῷ πυρὶ σώζεται, περὶ τῶν μὴ κατακαιομένων καὶ τεφρουμένων εὐθέως ὑλῶν. οὕτως ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' οὐ λεγόμενον σώζεσθαι διὰ πυρός.

Ἀλλ' εἴποι τις ἂν, ὅτι οἱ νεήλυδες τῶν γραικῶν πιστεύουσι τὰς ψυχὰς πολλῶν εὑρίσκεσθαι ἐν τῷ ᾅδῃ, κἀκεῖ οὔσας προσδοκῶσι τυχεῖν ἱλασμοῦ παρὰ Θεοῦ διὰ τὰς γινομένας ὑπὲρ αὐτῶν ἐλεημοσύνας, προσευχὰς, θυσίας, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ κολάζεσθαι ἄλλοις ἀνιαροῖς δύνανται ἀποτίσαι τὸ χρέος, καὶ τῷ χρόνῳ ποτὲ ἐλευθεροῦσθαι.

mus vero aduerſus hos adinuenit hanc expoſitionem, ſaluabitur, hoc eſt, ad nihilum non redigetur: non enim, inquit, & ipſe ſic peribit, quemadmodum opera ad nihilum redactus; ſed manebit in igne. Et infra: Non enim, inquit, quandoquidem ignem audiſti, eos exiſtimabis in nihilum redacturos; & in fine illius ſermonis, ſaluabitur, nihil aliud, quam vehementiam pœnæ innuit. quaſi dicens, ipſe vero manebit perpetuò cruciandus; ſic Chryſoſtomus, qui contra Origenem hanc expoſitionem excogitauit. Origenes enim ex hoc loco concludere videbatur etiam Dæmones ſaluandos.

Eſt autem interpretatio admiranda, & acuminis plena Chryſoſtomi, ex duobus enim extremis, & è diametro contrarijs, Origenes quidem iniuſtam ſalutem colligebat; Chryſoſtomus verò iuſtam, perpetuam punitionem. Porro Patres Latinorum in Concilio Florentino, dictionem, ſaluari, multis exemplis Sacræ Scripturæ clarè oſtenderunt, ſemper accipi in bonam partem, quod etiam facilè colligitur ex dictione ſequenti, quæ motum, & tranſitum præpoſitio, Per, ſignificat; non enim dicit Paulus, ſaluabitur in igne, ſed per ignem. Orientales verò Patres propter reuerentiam Doctoris, ſilentio eum honorarunt.

Sed & ipſe Chryſoſtomus etiam inuitus hoc idem confirmat in eadem homilia: Nam, inquit, etiam nobis in vſu eſt dicere, in igne ſaluatur, de ijs materijs, quæ non prorſus comburuntur, & fiunt cineres; ſic Doctor; ſed non dicimus ſaluari per ignem.

Sed dixerit aliquis, quod recentiores Græcorum credũt multorum animas in inferno reperiri, & ibi manentes expectare, vt conſequantur miſericordiam à Deo propter eleemoſynas, orationes, ſacrificia, quæ fiunt pro ipſis, & hoc ipſo quod puniuntur alijs moleſtijs poſſunt ſoluere debitum, & aliquando liberas fieri.

 Quid

Τί οὖν κωλύει ἐν τοῖς ἁμαρτίαις τὸ καθαρτήριον πῦρ νοεῖσθαι; ὁ γὰρ Βασίλειος ἐν ταῖς εὐχαῖς τῆς πεντηκοστῆς, καὶ ᾅδου, καὶ ἁμαρτιῶν μνημονεύει οὑτωσὶ γράφων. ὁ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παντελείῳ ἑορτῇ, καὶ σωτηριώδει ἱλασμοὺς μὲν ἱκεσίους ὑπὲρ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδῃ καταξιώσας δέχεσθαι· μεγάλας τε παρέχων ἡμῖν ἐλπίδας ἄφεσιν τοῖς κατεχομένοις τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἁμαρτιῶν, καὶ παραψυχὴν παρὰ σοῦ καταπέμπεσθαι.

Ὁ αὐτὸς δὲ ἐν τῇ σοφωτάτῃ εἰς τὸν Ησαΐαν ἐξηγήσει οὐχ ἅπαξ ὀνομάζει πῦρ καθαρτήριον, ὥστε καὶ τὸν Χρυσόστομον τὰ αὐτὰ νοεῖν. οἱ δὲ ἡμέτεροι, οὐκ οἶδα, τί παθόντες ἑαυτοὺς κρείττους, καὶ σοφωτέρους τῶν πατέρων Βασιλείου, Γρηγορείου τοῦ θεολόγου, καὶ ἑτέρου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, καὶ ἄλλων ἡγοῦνται εἶναι, καὶ φεύγουσι δεδοικότες ὥσπερ τι ἀποτρόπαιον ὀνομάσαι πῦρ καθαρτήριον. καὶ ὅμως τόπους διαφόρους τοῦ ᾅδου, καὶ μονὰς πολλὰς, ὡς τοῦ παραδείσου πιστεύουσι. καὶ οὐκ ἐπίσης αὐτοὺς κολάζεσθαι οἴονται, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπ᾽ ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου βασανιζομένους. οὐ γὰρ τοὺς ἀμετανοήτους, καὶ ἀπελπισμένους. τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ καθαρτήριον.

Νῦν δὲ δέχου καὶ ταύτας τὰς μαρτυρίας ἐκ τοῦ πεντηκοσταρίου, Σαββάτῳ πρὸ τῆς πεντηκοστῆς εἰς τοὺς κεκοιμημένους ᾠδὴ η. τροπάριον β. ῥῦσαι πυρὸς τοῦ φοβεροῦ (ἀκούεις) δήμους φιλάνθρωπε ἐκκλησίας σου σεπτῆς, καὶ σῶσον μοναστῶν συστήματα ἱερωμένων πληθὺν χορείας λειτουργῶν σου ἐνθέων. καὶ ἐκ τῆς παρακλητικῆς. Σαββάτῳ εἰς τοὺς κεκοιμημένους ἐκ τῆς τρίτης ᾠδῆς τοῦ τρίτου ἤχου. ῥῦσαι γεέννης, πυρός τε ζοφερῶν τοῦ ᾅδου, φιλάνθρωπε, σκηνωμάτων τοὺς δούλους σου, τοὺς πιστεῖ δίαποτα κεκοιμημένους τῇ σῇ ἐλπίδι. καὶ ᾠδὴ θ. τοῦ δ. ἤχου εἰς τοὺς αὐτούς. ὁ φύσει ὑπάρχων ἀγαθὸς, ὁ πλούσιος ἐν ἐλέει, καὶ χρηστότητι ῥῦσαι ἐκ σκότους ἐξωτέρου τοὺς ἐπικεκλημένους σὸν ὄνομα ἐκ πίστεως δικαιώσας, καὶ χάριτι τούτους λαμπρύνας ὡς φιλάνθρωπος. καὶ εἰς τὴν θ. ᾠδὴν, ἦχος βαρὺς, Σαββάτῳ εἰς τοὺς κοιμηθέντας, φησί. ῥῦσαι πυρὸς τῆς γεέννης

δίαπο-

Quid igitur prohibet inter alias ſæuas moleſtias intelligere ignem purgatorium? etenim Baſilius Magnus in precationibus Pentecoſtes, & infernum, & moleſtias commemorat, ſic ſcribens: Qui & in hac perfectiſſima feſtiuitate, & ſalutifera Pentecoſtes propitiationes quidem ſupplices pro ijs, qui in inferno continentur, dignatus es ſuſcipere, & magnas ſpes nobis præbes te ipſis remiſſionem earum, quæ ipſos occupant moleſtiæ, & conſolationem demittere.

Idē Doctor in doctiſſima expoſitione in Eſaiā non ſemel nominat ignē purgatorium; quare & Chryſoſtomum eadē intelligere. Noſtratibus verò, neſcio quid in mētē venerit, vt ſe ipſos præſtātiores, ac doctiores Patribus Baſilio, Gregorio Theologo, & altero Gregorio Nyſſeno, & alijs, exiſtiment eſſe, ac fugiant, tanquam aliquid execrandum, timentes nominare ignem purgatorium. Et tamen loca diuerſa Inferni, & manſiones multas, vt Paradiſi credunt, & non æqualiter ipſos puniri exiſtimant, eos potiſſimum, qui in ſpe reſurrectionis vitæ æternæ puniuntur: non enim impœnitentes, & deſperatos. Hoc igitur eſt purgatoriū.

Nunc verò & hæc teſtimonia ex libro qui vocatur Pentecoſtarium, ſuſcipe. Dies Sabbathi ante Pentecoſtem in dormientes octauo cantico troparion ſecundo ſic habet: Eripe ab igne horrendo (audis) populos benignè, Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & ſalua ſacrorum Monachorum cœtum, multitudinem Chori eorum, qui tibi diuinè miniſtrant. Et ex hoc libro Paracleticæ die Sabbatho in dormientes ex tertia Ode tertij toni, Eripe benignè à gehenna, & igne, & ab oſcuris inferni tabernaculi tuos ſeruos, qui fide Domine dormierunt in tua ſpe. Et Ode nona quarti toni in eoſdem, Qui natura es bonus, diues in miſericordia, & bonitate, eripe à tenebris exterioribus eos, qui inuocarunt tuum nomen ex fide iuſtificans, & tua gratia hos clarificans, vt hominum amator. Et in nonam Odem tonus grauis die Sabbato

δεσποτα τοὺς ἐξ ἡμῶν μεταστάντας. Τῆς πλευρᾶς σου τῇ λόγχῃ τῆς ἁμαρτίας τὸ χειρόγραφον τούτων, ὡς μόνος φιλάνθρωπος ῥήξας, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀξίων λαμπρότητος.

